



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 78. Conjurati Ambasiam occupare tentantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.

Guifiani Principes conjecerunt, Colinium Præfectum, & Andelotum ejus fratrem, arcta amicitia, & voluntatum consensione Condæo conjunctos absque dubio conspirationis participes esse, quamvis Regina Regis Mater id minime crederet, cum vero Guiffi vererentur, ne primos hosce tumultus, quamvis sedati viderentur, alius magis periculolus exciperet: eapropter nullam reis veniam concedi postulabant, ut inferiorum Ducum supplicio potentiorum audacia coerceretur.

§. LXXVIII.

*Conjurati Ambafiam occupare tentantes.*

Ex adverfo Olivarius Cancellarius rerum supplicia esse usque ad hujus conspirationis exitum differenda censebat, veniamque illis concedendam, qui religionis causa potius simplicitate, quam perverso animo armati confluerunt, dummodo ab armis desisterent, atque intra viginti quatuor horarum spatium ad sua quisque remearent, nec etiam maiori, quam duorum, aut trium hominum comitatu stipati iter aggredierentur, ut hoc pacto omnem mali suspicionem a se amoliantur. Attamen dum hæc interea gerantur, conjurati resumpto animo ex suis ducto-

ductoribus cuidam nomine Mothæ negotium dabant, ut Ambasiam repentino impetu obruere tentaret: ast mox ad arma in toto oppido conclamatur, signumque editur, atque ipsemet Condæus Princeps, ut omnem antea conceptam suspicionem a se averteret, ceteris prior ex ædibus suis omni ex parte armatus erumpit, atque ad portam, quam conjurati aggredi parabant, Calvinistas inde repulsurus accurrit, non sine ingenti stupore hæreticorum, qui adversus ipsos hunc Principem cum tanti animi alacritate ad arma convolare mirabantur. Ceterum hac ipsa Calvinistarum temeritate Olivarius ad mutandam animi sententiam permovebatur, quocirca haud ultra lenitate agendum ratus omni pœnarum severitate in hos perfidos animadvertendum consulebat.

Sæc. XVI.  
A.C. 1559.

§. LXXIX.

*Præcipui conjuratorum Duces extremo supplicio affecti.*

Ergo promulgato edicto sancitur, ut omnes, quotquot deprehendi possent, quamvis ad sua essent reversi, vel vivi, vel mortui caperentur, novaque in captos quæstio institueretur; horum autem nonnulli ad arcis pinam nocte suspensi, alii vero aquis submersi, non pauci quoque per diem mortis suppli-

*Thuan. l. 24.  
num. 8.*